



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Doctor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

- 16 Etiam electus, non consecratus. Barbos. alleg. 36. num. 6.
- 17 Respectu subditorum, non eorum, qui habitationem ibi tantum habent, ut scholares *ibid. num. 17.*
- 18 Item in voto continentiae, si detur virginis causa, & periculum in mora, si audeatur Papa. idem *alleg. 37. num. 8.*
- 19 Item in voto castitatis ad tempus. *ibid. num. 15.*
- 20 Item de non contrahendo matrimonium. *num. 17.*
- 21 Item in voto virginitatis, si intendat solum fugere primum actum venereū. *num. 18.*
- 22 Item in voto suscipiendo sacros ordines. *num. 19.*
- 23 Non potest in quinque votis, seu iuramentis de Religione, castitate perpetua, peregrinatione in terram sanctam, ad limina Apostolor. & Compostellam. DD. communiter, etiam si sint conditionata. *ibid. num. 5.*
- 24 In dilatione horum ad aliud tempus, si voulens sibi tempus præfiniuit, potest dispensare. Barbos. *loc. cit. n. 13. 16.*
- 25 De voto peregrinationis ad Aedem Lauretanam, an sit Papa referiatum: Affirmat Nauar. dubitat Suar. apud Barbos. *alleg. 37. num. 3.*
- 26 Si vota prædicta quinque fiant in pænam alicuius peccati, an possit Episcopus dispensare; affirmant, negant DD. *ibid. num. 7.*
- 27 In matrimonij impedimentis solo iure Pontificio dirimentibus non potest Episcopus. Decisum refert Garz. de benef. par. II. cap. 5. num. 344.
- 28 In impedimentis, quæ non dirimunt contraetum, potest Sanchez. lib. 7 disp. 17. num. 15.
- 29 Potest etiam in sequentibus dirimentibus.
- Priimo, quando est occultum, bona que fide matrimonium est publicum, nec ad Papam facilis est recusus, neque possunt coniuges separari DD. apud Barbos. *alleg. 35. num. 3.*
- Secundo, ex magna necessitate, & virginissima cu periculo infamiae, &c. n. 5.
- Tertiò, quando impedimenta superveniunt matrimonio, & impediunt petitionem debiti. *num. 8.*
- 30 Si ramen adsit Nunciis Apostolicis habens facultatem dispensandi, ad hunc tutius recurrit. *num. 10.*
- 31 Vicarius Generalis sine mandato speciali non potest in prædictis. *num. 13.*
- 32 In dubio, an res egeat dispensatione, potest Episcopus declarare, illam non desiderari, vel ad cautelam dispensare. *num. 18.*
- 33 Potest item cum minoribus non habebitis requisitam etatem ad matrimonium, quando sunt propè etatem, & dubium est, an malitia suppleat etatem. *num. 20.*
- 34 Item cum eo, qui post votum simplex castitatis contraxi matrimonium ratum, vt possit petere debitum. idem *alleg. 37. n. 9.*
- 35 Et cum eo, qui post matrimonium emisit votum castitatis, vi possit petere debitum, viuente coniuge tantum. *num. 10.*
- 36 Et cum ijs, qui mutuo consensu emiserunt votum castitatis, si detur periculum incontinentia, & aditus ad Papam sit difficilis. *num. 11.*
- 37 Et cum eo, qui commisit incestum, vt petat debitum. *num. 12.*
- 38 In dispensatione matrimoniali penitentia iniuncta incestuoso potest ab Episcopo delegato commutari ex causa. Decisum Romæ refert Genuensi. in praxi Neapol. cap. 20.
- 39 Qui potest dispensare, potest etiam commutare, non è contra. Barbos. *alleg. 37. num. 21. & 25.*
V. Censura. num. 1. & segg. Clericus concubinarius. numer. 9. Irregularitas per totum. Ordines maiores. num. 45. Regularium vita sub Episcopis, num. 77.

Doctor.

- 1 **E**piscopus in dando gradus Doctoratus non seruans Clementinam de Magistris, suspenditur per sex menses à potestate dandi gradus. *vi ibid.*
- 2 Doctoratus à Comite Palatino in qualcumque facultate nullius est nunc auctoratis, quoad dignitates, & beneficia. Pius V. Ann. 1565. apud Nald. *Doctor. numer. 11.*
- 3 Conferens gradum Doctoris, nisi sub certa limitatione, fit suspensus à collatione gradus. Barbos. *alleg. 111. num. 38.*
- 4 Theologus præcedit, post Canonista; deinde

deinde Legista, ultimo Medicus. Sylu.
V. Doctor quæst. 2.
V. Cap. Sede vac. n. 56. Fidei Professio. n. 24.

A D D I T I O.

Ratione Doctoratus inter Canonicos
Præsbyteros nulla datur præcedentia,
nec præminentia. Congr. Rit. 19. Mart.
1611.

Doctoralis Præbenda.

- 1 C Anonici Doctoris, huius Præben-
da, officium est, defendere iura
Ecclesie, sive spectent ad bona, sive ad
præminentiam Ecclesiarum. Garz. de be-
nef. tom. 5. p. 5. cap. 4.
- 2 Neque dari debet illi in hanc causam
aliquid aliud stipendum. idem ibid.
- 3 Sed debet eo casu haberi tanquam pre-
fens in Choro. idem ibid.
- 4 Si exit à loco, debetur conueniens sti-
pendium pro itinere, &c. idem ibid.

Doctrina Christiana.

- 1 IN Dominicis, & festis diebus in singu-
lis Parochijs doceantur pueri fidei ru-
dimenta, & obedientiam erga Deum,
& patentes, ab ijs, ad quos spectant,
censuris etiam adhibitis contra eos, qui
docere debent. Trid. sess. 24. cap. 4.
- 2 Sodalitas Doctrinæ Christianæ insti-
tuitur. Prou. 2.
- 3 Vbi non potest, duo, vel tres homines
ad id aptiores eligantur, qui adiuvent. ib.
- 4 Instituantur scholæ, etiam extra Paro-
chiales Ecclesiæ, in locis commodiori-
bus. Prou. 4.
- 5 Constituantur loca ab Ordinariis pro
tradenda Doctrina Christiana. Pius V.
A. 1571.
- 6 In singulis Vicariatibus constituantur ali-
quis ecclesiasticus, qui scholas visitet,
& tertio quoque mense Vicarium Ge-
neralem certiorem faciat de eatum sta-
tu. Prou. 7.
- 7 Scholæ onines eo ordine ubique insti-
tuantur, ut unum corpus conflectur sub
urbano Priore Generali. ibid.
- 8 A prandio conuocentur pueri. Prou. 1.
- 9 Clerici quicunque Choro non addicti

- 10 Parochum adiuvent. Prou. 5.
- 11 Grauiter moneantur parres, & domini,
qui negligunt eam doceri filios, & ser-
uos suos, iisque confessarii grauissimam
pœnam imponant. ibid.
- 12 Non possunt compelli pueri ad discen-
dam Doctrinam Christianam pœnis, &
mulctis, sed ii quorum interest docere.
Decisum refert Prax. Episc. V. Doctrina
Christianæ §. 3.
- 13 Musicæ cantiones, symphoniacæ instru-
menta arceantur ab his scholis. Prou. 7.
- 14 Visitentur à præfectis scholæ, neque co-
tempore, quo scholæ habentur, concio-
fiat. Prou. 3.
- 15 Indulgentiæ concessæ in hanc causam
semel euulgentur ante Kalendas Maii,
& in Kalendis ipsiis fiat communio cum
processione generali. ibid.
- 16 Intra Missarum quoque solemnia Pa-
rochi recitent Orationem Dom. Saluta-
tionem Angelic. Symbolum Apost. &
Decalogum, repetente populo rudiori,
& saepius explicit. Prou. 5.
- 17 Antequam confiteantur, eadem pœni-
tentes recitent. ibid.
- 18 Quæ si nescierint, & post certum tem-
pus, ne audiantur, inconsulto Deputato
ab Episcopo, seu Vicario Foraneo. ibid.
- 19 Aliquis remitti potest prædictorum
recitatio, iudicio eorum confessario-
rum, quibus id Episcopis concederit.
Prou. 6.
- 20 Confraternitates. nn. 31.

A D D I T I O.

Potest Episcopus per viam præcepti pe-
nalis obstringere Parochos ad docendū
doctrinam Christianam; non autem sub
pœna peccati mortalis. Congr. Episc. 22.
Nov. 1592.

Duellum.

- 1 Q Vi locum ad monomachiam in ter-
ris suis concederint, eo ipso sunt
excommunicati, & iurisdictione, do-
miniove loci, quod ab Ecclesia obtinet,
priuati intelligantur. Trid. sess. 25. cap. 19.
- 2 Si feudalia sint, directis dominis sta-
tim acquirantur. ibid.
- 3 Si ex condicto permiserint, aut non pro-
hibue-